

## Iglesia Católica. Papa (1655-1667: Alejandro VII)

**Declaratio Apostolica pro Vniuersitate Studij  
Generalis Compluten. ut deinceps in licentiis  
Theologiae non ferant votum nisi illi Doctores, qui  
vel per sex menses continuos ante dictum votum  
ferendum praesentes in dicta Vniuersitate  
adfuerint ...**

Romae : ex Typographia Reu. Cam. Apost., 1659.

Vol. encuadernado con 7 obras

Signatura: FEV-AV-M-01417 (04)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

*Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente*



Declaratio Apostolica pro Vniuersitate Studij Gene  
ralis Complutens. ut deinceps in licentijs Theolo  
giae non ferant votum nisi illi Doctores, qui vel per  
sex menses continuos ante dictum votum feren  
dum præsentes in dicta Vniuersitate adfuerint, vel  
saltem adfuerint præsentes quatuor actibus singu  
lorum concurrentium ad licentias ex ijs quos pre  
licentia obtinenda facere debent



# ALEXANDER PAPA VII

## **Ad futuram rei memoriam**

**N**V P E R pro parte dilectorum filiorum  
Rectoris, & aliorum Vniuersitatis stu-  
dij generalis Compluteñ Nobis expo-  
situs fuit, quod per statuta dictæ Vni-  
uersitatis Sedi Apostolicæ immediate  
subiectæ dudum à bon. mem. Francis-  
co dum vixit S. R. E. Cardinale Ximenez de Cinos.

-cchigei-

nuncu-

nuncupato Ecclesiæ Toletanæ ex concessione, & dispensatione Apostolica Præfule auctoritate fœl. rec. Alexandri Papæ VI. prædecessoris nostri condita. Capp. xliv. xlv. xlvi. & xlvij. inter alia cauetur, quod omnes Doctores Theologicæ facultatis eiusdem Universitatis a cibis Theologicis, quos illi qui ab Baccalaureatus, & subinde ad licentia gradus in eadem Theologica facultate aspirant, octo numero successuè obire debent, interesse, & in illis arguere, seu argumenta proponere tenentur, quodque ijdem Doctores per cedulas secretas ex Baccalaureis formatis pri-  
mum Licentia gradu insigniendorum, habendo principaliter respectum ad sufficientiam litterarum, deinde secundum, postea tertium, & sic deinceps similiter eligere debent, & alias prout in eisdem statutis vberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, saepè nonnulli Doctores prædictæ Theologicæ facultatis, qui Compluti non resident, in electione Licentia gradu insigniendorum prædictorum votum habere prætendant, licet sufficientia Baccalaureorum cognitionem non habeant, quippe qui prædictis eorum a cibis non interfuerint, nec contra eos argumenta proposuerint, imo nec Compluti quidem tempore actuum huiusmodi refederint: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter suppli-  
cari fecerunt, ut in præmissis opportune prouidere, & vt infra indulgere de benignitate Apostolica digna-remur. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspen-sionis, & interdictionisque ecclesiasticis senten-  
tijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet in-  
nodatae existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequem. harum serie absoluentes, & absolutas fore  
censem-

censentes : huiusmodi supplicationibus inclinati , vt  
deinceps in eiusmodi Licentijs Theologix non ferant  
votum nisi illi Doctores , qui vel per sex menses conti-  
nuos ante dictum votum ferendum præsentes in dicta  
Vniuersitate adfuerint , vel saltem adfuerint præsentes  
quatuor actibus singulorum concurrentium ad Li-  
centias , ex ijs quos pro licentia obtinenda facere  
debent auctoritate Apostolica tenore præsentium de-  
cernimus , & ordinamus . Decernentes pariter eas-  
dem litteras semper firmas , validas , & efficaces exi-  
stere , & fore , ac ab omnibus , & singulis ad quos spe-  
cat , & pro tempore quandocumque spectabit inuio-  
labiliter obseruari , sicque in præmissis per quoscum-  
que Iudices ordinarios , & delegatos etiam causarum  
Palatiij Apostolici Auditores iudicari , & definiri de-  
bere , ac irritum , & inane , si secus super his à quoquam  
quauis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit  
attentari . Non obstat præmissis ac Constitutionibus , &  
ordinationibus Apostolicis , nec non prædictis , & alijs  
quibusvis memoratae Vniuersitatis etiam iuramento ,  
confirmatione Apostolica , vel quauis firmitate alia-  
roboratis statutis , & constitutionibus , ac consuetudi-  
nibus , priuilegijs quoque indultis , & litteris Aposto-  
licis in contrarium præmissorum quomodolibet con-  
cessis , confirmatis , & innouatis . Quibus omnibus , &  
singulis illorum tenores pro plenè , & sufficienter ex-  
prexis , ac de verbo ad verbum insertis habentes illis  
alijs in suo robore permanuris ad præmissorum effe-  
ctum hac vice dumtaxat specialiter , & expressè deroga-  
gamus cæterisque contrarijs quibuscumque . Datum  
in Arce Gandulphi Albaneñ Dioc. sub Annulo Piscatoris,  
Die x. Octobris M. DC. LIX. Pontificatus No-  
stri Anno Quinto .

S. Vgolinus.

in

Anno

Quinto.

## 2. V. Logium.

M. DC. LIX. Pontificatus M.  
A. die xx. Ogoportit Apenni Dioc. utp. Anno  
tum certitudine conseruitur dispensandum. Quam  
ut Gaudiobpi Apenni Dioc. utp. Anno  
M. DC. LIX. Pontificatus M.  
R O M A E,  
Ex Typographia Reu. Cam. Apost.  
M. DC. LIX.

42

Alexander P.P. VI.

Dilecto fili salutem et apostolicam benedictionem.  
Volentes te ob mercata tua ac fidem et devotio-  
nem quam ad nos et rotam sedem apostolicam geris  
specialis favore genere prosequi, hisque in hac par-  
te supplicationibus inclinati: hibi ut etiam non  
visitata tua provincia, quam De jure possit visi-  
tare teneris, Diocesos tuorum suffraganeorum toties  
quatiens opus fuerit, et tibi quodcumque videbitur vi-  
tare possis et valeas auctoritat apostolicam tenere  
presentium licentiam et facultatem condonare et  
impartire: Constitutionibus et adiunctionibus apli-  
cio, aeternaque in contrario facientibus non ob-  
stantibus quibuscumque. Dux Roma apud Sanctum  
Petrum sub anno pascatoris die xxviii septem-  
bris Mccccxxxvi.

Pont. nro. Anno Quinto.

A la vuelta el sello del pescador bien conservado  
y el epígrafe = Dilecto filio Francisco electo  
Obelomo.

De letra del P. Quintanilla dice magabayo  
Alexander VI año de 1496. Por su gracia grande visitar

en Arzobispado, quando tenga lugar.


Con todos los escrupulos recursa a su Santidad  
el Señor de Dios, si como los Reyes le temian tan  
oxupado por salir del se concedio este breve  
de remitir copia a Roma año 1682?

Llego de Barlas N.º 5: Bibliot. de Jurispr. del Arzobispado

El P. Quintanilla debio leer mal este  
breve pues no se habla de pistas en Arzobis-  
pado de las Diocesis obfraganeas y sino podria visi-  
tar aquella, menos podria visitar estas.

Ademas es un descartino lo del escrupulo  
pues solamente era electo.

Madrid 6 de Abril de 1852



De letra del P. Quintanilla, y con la enmienda  
"Este Obispado Galicense o de Leon, le tenia  
el Cardenal le tenia D. <sup>Luis</sup> Alfonso (sic) de Aragon  
Spaniol, del titulo de Sta. Maria in Cosmedin,  
se llamava Luis, era Napoletano, fose muniçio  
en mano de su Santidad y lo proveio el año  
de 1511. en el Cardenal Pedro, del tit. de L.  
Infelio, y intercede pa su posesion.

Scribitio copia a Roma año de  
1682."

Copiado del original que esta en la  
Bibl. de la Univ. de la Universidad  
Central, legajo de Bulas, n.º 6

Madrid 6 de Abril de 1852

